


Heraclius in Augustū assumptus a sergio patriarcha constantinopolitano coronatus. orientale accepit imperiū. Is eleutheriū gentis patricie constantinopolitanū imperialis aule cubiculariū. ⁊ ducem rei bellice scientissimū in ytaliam misit. deditq; illi copias ⁊ pecunias quo res ytalie cōfirmaret. Et copias quascūq; focas in p̄ximis asie ⁊ europa puincijs habuerat: quascq; gentoz eraclianus ex affrica miserat. Et indies mittere potuit instruxit. misitq; aduersus cosdroem quo prouincias in fide manētes ab illius impetu cōseruaret. Inā cosdras mesapotamia palestinaq; occupatis hierosolimā inuaserat. Ea q; vrbe tūc opulētissima potius diruerat eccias ⁊ loca sancta. q; quā nō nihil ueneratōnis uidef sacratissime crucē dñice exhibuisse. Cū ut scriptozes tradūt p̄tem quē helena constantini magni genitrix in caluaria locauerat. inde asportatā in patria locatā. in throno quē mirabili ope auro gēmisq; ornatū exedificauerat. anno imperij sui sexto p̄se om̄i asia q̄ in meridiē uergit potiti. ad egiptū arma uerterūt. Alexandriaq; capta paulisper se continuere q; eraclian⁹ impatoris pater magnū in affrica exercitū parasse nūciaret. s̄ obijt eo tpe eraclian⁹ qd̄ cū persis renūciatū esset carthaginē ceperunt. Eo igit̄ tpe eraclius magno compato exercitu multas puincias a psis occupatas in suā potestātē redigit. Ducem psay singulari certamine ex equo deturbat ⁊ interficit. Cosdroam regē psay opprimit filiū eius captū ⁊ baptisatū in regnū paternū restituit. persides ingressus turrim Cosdroe thesauris plenā capit. quoz p̄tes militibus tribuit. partē v̄o reparandis templis. que p̄se diripuerāt designat. ip̄e p̄ terea alia onustus p̄da. cū septem elephantis hierosolimā rediēs. crucē dñi a persis ablatas secū deferens. eo loco reponit in quo antea fuerat. captos a psis in patriam remittit. tantisq; rebus sexto expeditionis illius anno. q̄ erat imperij duodecimums felicissime gestis. eraclius dñicam crucē reduxit. pompā instituit solēnissimā. qua deducēte crucem dñi ip̄e sic manibus vlnisq; gestauit. ventum est ad portam que in locus caluarie foras ducit. ⁊ exiuerat turba que precedebat. ip̄e ad iter ceptum anhelans nullo tenente ante portā s̄stitit. Tunc patriarcha qui lateri h̄erebat. inquit ne dum ihesum crucem sibi h̄aulantem in ceteris emularis qui purpura iaspidibusq;. quibus ille paupertatis mgr̄ caruit oneraris. humilians se impator. ⁊ uestē mutauit plebeiam. ⁊ iter nudis pedibus est ingressus. Tūc q̄ clausa illi uidebatur porta patuit. inde in caluaria detulit. Is autem impator in constantinopoli triūphaturus suā item apud romanos gloriā innotescere uoluit. Sed infelix eraclius post actum triūphum ad studia Matheseos est conuersus aruspicine incantationūq; presagijs indulgit. postergans xp̄iane religionis obseruantiam cecinere uates. cui grande illi periculum atq; imperij euerfionem a circūciso populo imminere. ideo hebreos baptisari curauit. Et ut sceleri scelus adderet. ad euthicianos transit. Et in heresim Donochelitarum dicentium in xp̄o unīcam tantum esse uolūtātē. Tandem heraclius audita sarracenzum licentia capta presertim athiochia ueritus ne hierosolimā occuparent. Crucem dñi constantinopoli deferri curauit. Postremo morbo iterutis aque quā

Linea Imperatorum

Eradius



greci hidropisim vocant diem obijt cum impasset annis. xxx.
Eerūt hys dieb⁹ ignē e celo cecidisse. Irideq; gradē apparuisse ut homines consummationē seculi adesse putabant ob tonitrua ac fulgura ingentia. Secuta est pestilentia grauissīma. que estiuis mensibus plures consumpsit. Quisq; fuerunt angelus bonus ⁊ malus ciuitatem pertranseuntes. at quotiens angelus malus uenabulo iussu boni angeli domū aliquā percussisset. Tot ex eodem domo sequenti die morte dissoluti sunt.
Prodigia quoq; multa ⁊ quidem horrenda hac tempestate in grecia apparere que sane futuras Abometi calamitates protendere uidebātur. Naz vno ⁊ eodem anno cometes perlucidus bizantijs uisus est. Et puer quadrupes natus. Nec nō ⁊ est apud isulam Delon duo maxima mōstra omnino humanam speciem habentia uisa sunt. Et alia multa hinc inde consimilia apparere.